



**Totivs Ivris Canonici Compendivm, Siue, Brevis Svmma In  
Qvinque Libros Decretalivm Sacri Concilii Tridentini  
Decretis Accommodata**

In Qva Ivris Canonici Primæ Institutviones, seu Elementa ita traduntur, vt plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac Doctorum receptorum auctoritate communiuntur ...

Continens Librum Quartum & Quintum Decretalium

**Axel, Johannes Honorius van  
Coloniae Agrippinae, 1656**

Titulus XXXV. De purgatione vulgari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61572)

evangelia præstare præsumat, c. nullus 22. qu. 4.  
5. c. si quis presbyter 2. qu. 4.

## Titulus XXXV.

## De purgatione vulgari.

## SUMMARI.

- 1 PURGATIO vulgari, quam vulgus invenit vel sequitur.
- 2 Purgatio vulgari à sacris canonibus iussa est exulare.

1 **V**ULGARIS purgatio ꝑ est quam vulgus invenit, vel sequitur, ut cum aquæ frigidæ, c. ex tuarum de purg. can. vel candentis ferri, c. fin. hoc tit. vel singularis certaminis, c. 1. & 2. hoc tit. c. monachiam 2. q. 4. quis subit iudicium, quæ cum Deus in his tentari  
2 videatur, merito iussa ꝑ est sacris canonibus exulare, c. 1. c. fin. hoc tit. absolutio facta secundum vulgarem purgationem non tenet, eaque non obstante potest per ordinarium de novo iudici purgatio, & de novo admittitur accusatio, c. ex tuarum de purg. can. eadem ratione facta condemnatio non tenet, c. 2. hoc tit. quia peregrina iudicia sunt prohibita, d. c. ex tuarum.

## Titulus XXXVI.

## De injuriis &amp; damno dato.

## SUMMARI.

- 1 Ex injuria illata clerico competit actio clerico, ac etiam episcopo.
- 2 CLERICUS injuriam sibi illatam potest æstimare pecuniariter.
- 3 VERITAS convicij non excusat injuriantem. Summa in Decretal.

- 4 SUPERIOR an possit se injuriantem punire.
- 5 PACTUM factum cum aliquo, quod illi possim inferre injuriam, an valeat.
- 6 MAGISTRATUI quando & quatenus liceat resistere.
- 7 INIURIAM verbalem fas est repellere istis verbis, quæ tendunt ad excludendum crimen vel injuriam.

**P**ER excessus prælatorum & subditorum frequenter inferuntur injuriæ & damna, de quibus obiter videamus, prætermittis eis quæ copiose tradita sunt in quarto libro instit. Imper. titulis de injuriis & leg. Aquil. Gail. obs. 59. cum 7. obs. seqq. lib. 2. ex injuria illata clerico competit ꝑ actio clerico, ac etiam episcopo, c. cum desideres c. parochianos de sent. excomm. c. 2. & ibi Pan. in 1. not. de pœnis. Clericus injuriam sibi illatam ꝑ potest æstimare pecuniariter, & pœna pecuniaria sibi applicatur, c. olim hoc tit. nemo tenetur damni æstimationem aut satisfactionem injuriæ remittere, sed rancorem, c. si quis contristatus & ibi gloss. 1. 90. distinct. c. fin. de pœnit. dist. 5. Pan. in c. 1. num. 3. 4. & 7. de maled. quando injuriantem pœnitet, & petit remissionem, Bald. in §. fin. num. 2. Inst. de injur. alleg. mag. sentent. in expos. orat. dom. in verb. & dimitte nobis debita nostra & c. alias non tenetur sibi ostendere signa amicitia & dilectionis, c. si quis monachus c. studendum & ibi gloss. 90. dist. Bart. in l. sitibi decem millia §. quadam num. 3. ff. de pact. Pan. in c. 1. num. 7. de maled. Mynsing. obs. 10. Cent. 4. Veritas ꝑ convicij non excusat, Myns. obs. 4. cent. 4. Roma cons. 96. Covar. lib. 10. variar. resol. c. 11. num. 6. An superior ꝑ possit se injuriantem punire fufc 4  
Ff tradit